a.C.

Eiusdem Francisci ad Alfonsum Regem Aragonum

QVATVOR Phalaridis eplas: quas nup in alio libello inuenies: in latinum traduxi: solita clementia tua accipias oro diue Alfonse: qui miro amore & lras & lrarum studiosos amplecteris. foues. extollis: paruum profecto munusculu: nom tn ut spero serenitati tue ingratum. In his enim digna pncipe liberalitate. clementia. animi magnitudinem recognosces.

Atq utinam no primu omnes editas immortali nomini tuo inscribere. Sed quod factum e: accusari potius q emendari licet. neq optionis ulla e utilitas: ubi res in integru restitui nequit. Verum si Serenitati tue studium meum placere intellexero: quicqd de inceps aggrediar: felicissimo noi tuo libens dedicabo.

QVAS mutuo pecunias uob dedimus: Teucro reddidisse dicitis. Teucer recepisse negat. Mihi hercle nulla cau e: cur aut uobis aut illi non creda. Is soluti a uob debiti fidem petit. Vos ei tanq amico credidisse asseritis. Quamobrem veritatis ignarus ne cuipiam urm diffidere uidear: ac si acceperim rones uras admitto. Atq utinam potius semp me veritas lateat: q fraudem deprehendam. Satius enim multaru pecuniarum q amicoru dannum arbitror. Q n quidem necesse e. ut re deprehensa q metiedo

sed in poematibus suis: que cum uniuerso orbe communicauit.
Viuere arbitremini. Veniat uobis in mentem himerenses apud
uos eum genitum. educatum. eruditum. in versibus poematibusque
consenuisse. apud Catanios autem et quidem uolentes nature
cessisse. et in himera templum Stesichoro immortale vir-
tutis eius monumentum condatur. In Catania uero sepulcrum.
Super hoc ut satius uobis visum fuerit: consuletis. Neque pecuniis
quantum nobis erit facultatis. neque armis egere uos arbitremini.
Vnum tamen animaduertatis uelim: neque decori uobis cum Siculi
sitis: futurum in Sicilia ciuitatem capere: neque si non cepitis
tutum. Ceterum nolite Stesichori obitum fletu et planctibus
prosequi. neque illius casu solicitemini. Mortuum namque Ste-
sichori corpus est. Nomen autem perpetuo in vita quidem glo-
riosum: in memoria autem beatum seruabitur. Preterea +
carmina et varia poematum eius genera et publice in omnibus
templis et priuatim quisque domi habeat: et hortor et admo-
neo. Tunc enim morietur uere Stesichorus: cum carminum
eius monumenta non amplius extiterint. Quamobrem
ad alios quoque homines ea mittenda curetis diligenter: non ignari
longe maiorem que talem viru tulerint ciuitatem quam que miserit:
Laudem consecuturam.

Finis epistolarum Phalaridis